

54

Lib. I. Cap. III.

cidens inseparabile, hōc modō capacitas di-
sciplinæ est differentia, quò homo differt à
bruto, est enim proprium hominis. Sed
neque hæc h.l. attenditur.

62. Hæ duæ differentia, teste *Porphyri*
d. l. faciunt ἀλλοίον, h. e. reddunt subjectum
immutatum, & diversum, nempe quoad ac-
cidens vel id, quod ad essentiam non spe-
ctat, ut docet *Ammonius*, quo sensu apud
Thucyd. legimus, ἀλλοίοντες ἐγένοντο τὰς
νόμους.

63. (3.) Differentia dicitur ἰδιαιτέα, ma-
ximè proprie, & est id, per quod res in es-
se suo proprio constituitur primò & per
quod ab aliis etiam primò distinguitur, sic-
ut rationale ex communi sententia respectu
hominis est id, per quod homo primò con-
stituitur in esse proprio, nempe hominis,
& per quod etiam primò ab aliis v. g. bru-
tis distinguitur.

64. Nota, quod dicitur primò: nam
si quid tale est, ut per illud unum ab al-
tero differat quidem, non tamen primò,
sed tanquam per conceptum secunda-
rium, quā ratione homo a bruto differe-
per capacitatem doctrinæ, non primò,
sed